

A altam deicit. Nidus est nariū, qui ad se odorem attrahit. Nidus est quart^{us} maior cæteris, hiatus oris, in quo nutritur donec adolescat velut: & vnde vox euolat, in quo latet lingua, quæ velut organū sonos eius artificiali suauitate modulatur. Et cū sit ipsa irrationabilis, rationabilem vocem exprimit. Nidus est hemibraneū. Nidus est mēbrana illa quæ cerebrū fouet, & intra cohibet. Nidi sunt viscera pulmonis & cordis. Spiritus quidē nostri, hoc est eius quē carpin^{us}, & quo alimur in hac vita, nidus est pulmo. Sanguinis autē & spiritus nidus est cor. Duo sunt enim eius vteri. Vnus quo sanguinē velut quodā sinu suscipit, & transfundit in venas: alter quo rigat^{ur} ex illo superiori deducit in arterias iurgi meatu. Ossa quoq; validiora nidus habent. Sunt enī intus cauata, in quibusdā foraminibus est medulla. In visceribus ipsis molliorib^{us} nidi cupiditatis aut doloris sunt. Et alia si quis cōsideret, etiam plures nidus inueniet in hac fabrica humani corporis. Vnde puto & illum in psalmo nō solum mystice, sed etiam naturaliter dixisse: Etenī passer inuenit sibi domū, & turtur nidum, vbi resonat pullos suos. Est enī iam in hoc corpore nidus pudicitia, in quo erat nidus irrationabilis concupiscētia. Sed vbi ante partus deformes nutriebat libido, ibi nūc decoræ castitatis adolescit hereditas. Illius inquit, eā bitumine. Ex multis ossibus, neruisq; & cæteris aliis cōstat humanū corpus. Et foris igitur & intus apta cōpāge connexum sibi adheret, & habitudine propria, quam *αφύ* Græci dicūt, tenetur, vt intus clausus spiritus qui infunditur, vel spiritalis substantia quæ intus operatur, veluti geminis restricta vinculis nō euagetur: sed ad vnitatem aptam & continētē, connexionēq; validam cohibetur. Ideo bitumine cōstringi arca iubetur: est enī bitumen vehemētis ad cōstringēdum naturæ. Vnde græce dicitur *νάρθη παρὰ τὸ συνάμμι*, quod disiuncta cōnectat, nexuq; cōstringat indissolubili, vt ad naturæ li vnitatem sibi credas conuenire. Qb hanc causam intus & foris bitumine arca cōstringitur, ne connexio illa facile ruptatur.

De comparatione arcae Noe ad arcam fœderis quo ad materiam ligni, glutini, & commotionis. Quomodo etiam longitudo & altitudo arcae singulos humani corporis sensus denotent ad vsum aliquem esse compositos.

Caput VII.



A LIBI autem, hoc est in Exodo, etiā deauratur foris & intus arca illa, quæ in sanctis est mundi intelligibilis imitatrix imago. Sicut enim preciosius aurum bitumine, ita illa quæ in sanctis est arca, q̄ ista præstantior. Deniq; hic simpliciter ligna posuit, ibi autē ligna quidem, sed impubilia cōprehēdit, declarans merita sanctorū. Addidit etiā illic supportatoria immobilia esse, quod sanctorū statio stabilis & firma sit: quia vitæ probabilis tramitē virtutis ductu secuti sunt, corruptelæ declinantes consortia. Hæc autem arca, vt pote in diluuiū huc atq; illic motu impellebatur incerto, eo quod peccatorū status mobilis sit, & vitæ eorū quodā redūdantiū passionū diluuiū corruptioni obnoxia errore incōstanti vagetur. Nec illud prætereādum, quod cū dixisset, Et facies arcam trecentorum cubitorū longitudine, & quinquaginta cubitorum latitudine, & triginta cubitorū altitudine: addidit colligens: Facies arcam, & in cubito consummabis eam a summo: vt reliquo corpori mensuræ sibi conuenientis ad gratiā decore quadret caput hominis, tanq; regale arcae adiungeret: ex quo cū sensus omnes ad cæteras partes corporis transfunderēt, tū maxime oculi velut spectatores & custodes, nature appositi providentia, prope totū orbis nostri statum deluperi contuerētur. Ipsaq; mens illic locata secūdam plurimorū sententiā, & maxime Salomonis, qui ait, Oculi sapientis in capi-

Eccles. 2.

te eius: quasi in aula imperiali virtutū consilium sibi cōtrahat, quo stipata comitatu & ipsa munitior sit, & tanq; ex edito quodam tuendi totius corporis regnū impertiat, responſa proferre, per quem possimus nos ipsos non solum retro respicere, nec solum quod ante pedes est videre, sed etiā celi ipsius secreta profundò obtutu sapientiæ spectare. Ibi igitur summa nostræ salutis, vbi gratia. Inde custodia, inde etiā pulchritudo corpori toto acquiritur, quæ primū in vultu venat. Decet enim præstantiorem esse autē regalis nitorē, in qua sicut vltus maior, ita splendor est. Nanq; si spectes, singula quæ in hominis forma ad vsum aliquē composita videntur, vt visus ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, os ad loquendum: ita vltus ministrant, & præstant decorem. Q̄ deformes sunt vultus cæcorum? Et quid mirū si vultus hominis absq; oculis deformis est, quando ipsum cælum sine Sole nō habet sibi decorem? Tristes sine Sole dies ducimus, noctes sine Luna non placent. Ipsi enim sunt quidā mundi oculi. Detrahe stellarum lumina, & quedam est in cælo ipso cæcitas deformitas. Pili ipsi qui orbem oculorum prætexunt, & velut quandā aciem prætedunt, ne sordē aliqua vel pulueris caligine pupilla lædatur: & ipsi excipiunt si quid fuerit illatum quod oculum possit lædere: si lippitudine interdant, dedecet: si palpebra cōtraffior fuerit: si radat^{ur} supercilia, quæ preciosorum montium specie velut intexta gēmis resurgunt. Aurium quoq; vt necessarius vltus, ita decora species: q̄ si qs truncauerit, toto vultui infert deformitatem. In quibus ita laborauerit opus summa natura, vt ipsi anfract^{us} cadernarū mira prudētia sinuati, plurimū vtilitatis afferant, ne repente feriat secreta capitis sonus. Deniq; sæpe multos impropiū clangore consternari videm^{us}, & attonitos, aut vocis alicuius, aut tumultus sono expauescere. Sordes ipsæ quæ inter eosdem gignuntur anfractus, velut quodam glutino auditum ligant. Simul si vehemētior pulsus fuerit alicuius sonus, infringitur ac retardatur, vt prænuiciatus potius mulceat, q̄ iprouisus iterna cōcutiat. Vermiculi quoq; si aurē penetrare tētauerint, quodā foridū visco tenentur. Nares simæ contra naturā videntur. iam si incisæ fuerint, quomō potest vita subsistere sublato spirandi meatu? Quæ ad modum pecudis magis facies, q̄ vultus hominis æstimatur. Capilli capitis q̄ grato amictu caput vestiunt, velut quidā aulae regiae stipatores, ne cerebrū aura lædat, aut imber feriat, aut Sol adurat. Quos ita tamē dedit natura, vt pro sexu aut prolixiores placeat, aut recessi, & pro ætate, aut pleriq; pro temporis & anni qualitate. In senibus grata canices, in pueris pdigiola: Fæstate delectat pressius, hyeme indulgentius: mulieribus ornamento est coma, dedecori est viris. Deniq; Apollolus euidentius expressit hoc dicens: Nam ipsa natura docet vos quod vir quidem si comā nutriat, ignominia est illi: mulier vero si capillos habeat, glia est illi. Quid de ipsa regia loquar, per quā aulici sermōnes procedunt, quidā mentis nostræ iudices, animiq; internūciū? Quid de ipso dentū ordine, qui cū suo opere toti quidē corpori vires ministrent, tum etiam modulatores sunt vocis ipsius? De quibus si quid ceciderit, vox claudicat. Hæc de capite plixius diximus, quia oportuit sensus omnes in summo locari, vnde omnia per reliquas partes officia diuiderēt. Capiti autē nostro a tergo ceruix proxima, dextera leuataq; brachia sunt, quæ arcem imperialem tanquā fida tēnentur custodia. Deniq; hæc in nobis validiora, quæ propiora capiti, hæc præstantiora. Pectus quoq; velut quoddam sacranū sapientiæ, & stomachus velut quidam testis (vt medici aiunt) & conscius secretorum capitis, cōpassionisq; consors, cui sua omnia vel salubria vel aduersa transfundat. Latera, natiq; femora, & cetera, mensuræ latitudinem ipsa specie significat, pedumq; gressus. Qui etiā exiliores videntur, sunt tamen latiores cum incedimus.

1. Cor. 11.